

4075.

1346 d. 12 Maj.

Reval.

ANTY och NICKE från Borgå lofva Fogden i Reval Johan Hvit att före den 29 instundande September betala Rådet i nämnda stad 6 mark penningar.

Orig. på perg. i Råds Arch. i Reval.

Omnibus presens scriptum cernentibus, anty et Nicke de borgha, salutem in domino sempiternam, Noueritis nos manu coadunata fidetenuis promisisse, Honorabili viro domino Johanni albo aduocato ciuitatis Reualensis ad manus honorabilium virorum dominorum consulum ciuitatis eiusdem pro VI. marcis denariorum Jnfra hinc et instans beati michachelis (!) festum finaliter persoluendis Jn cuius rei testimonium sigillum hinrici dicti tetteke de borgha presentibus est appensum, Datum Reualie Anno domini. M^o. CCC^o. XL^o sexto feria sexta ante quartam dominicam post festum pasche.

Sigillet borta, remsan qvar.

4076.

1346 d. 17 Maj.

Thoresund.

FINVID LAFRENSSON säljer 2 örtugland, 3 penningland i Juresta och 3 penningland i Söderåker i Hosaby Enhörna socken till Biskop Sigmund i Strengnäs för 24 mark penningar, förbindande sig, att, om köpet skulle återgå, lempa lika stort hemmantal i Hammarby i samma socken; på hvilket köp ges fasta, hvarjemte köpesumman qvitteras.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris. Finwidus Lafrenzson. salutem in omnium saluatore., Ad perpetuam rei memoriam. tam posteris quam modernis tenore presencium innotescat quod Ego venerabili in christo patri. et domino. domino Sigmundo. dei gracia. Episcopo strengnensi. duos solidos terre. cum tribus denariis. in villa Jurustum. parrochie hosaby Enhörne strengnensis dyocesis. et tres denarios terre in villa sudheraaker eiusdem parrochie. cum omnibus adiacenciis. videlicet siluis. pratis. piscariis. insulis. et aliis quibuscunque pertinenciis. nullo penitus excepto, pro viginti quatuor marchis denariorum visualis monete. vendidi. et ad manus tradidi. ac dominium assignauit sibi. suisque successoribus. perpetuo possidendos, predictam eciam summam recognosco me plenarie. ac integre habuisse. in pecunia michi ad manus numerata, Condicione que sequitur interiecta. quod si predictos duos solidos terre. cum sex denariis terre superius nominatis. pro ipso. seu aliquo *) successorum suorum per heredes meos. seu propinquos. aut extraneos quos- cunque.

*) Orden "seu aliquo" äro två gånger skrifne.